

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 4 *

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani ^{sup} obitum Rudolfi Imperatoris
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua
 vestam iheresum M. Petri a Fera.
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni
 Cremeri.
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-
 pi Anhaltino sponte scripta.
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-
 tino scripta a Collegis schole Serventare.
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-
 haltini Abrahami Cremeri.
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.
 XVII. Abrahami Vbuci Diagraphe Laboris
 Scholastici.
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio
 imposita.
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-
 derici Widebrani.
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobernis Copperij
 post Magisterij eutum pronunciata.
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisiae Servente-
 ne Daniellis Berckingeri.
 XXIV. Desortatio a Calennijs.
 XXV. Germania ad Principem epistola Attil:
 Martino Praetorio.
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-
 meri.
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli
 Italo-Saxonis.
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-
 nis Ernesti Wulstorfii.
 XXXI. Etiam
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen
 XXXIII. Iohannis Cremeri.
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin
 ni Gelani.
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida
 Christophori Heroldi.
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi
 4. V. D.
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo
 Nicolai Maij.

LXXXIX.
Thalafgio
SOLEMNITATI NUPTIARUM

Quas
SPONSUS
VIR

Reverendus, Pietate, doctrinâ, morumq;
gravitate præstantissimus,

DN. ANDREAS
VVINSIUS
CUSTRINENSIS,

Reverendiss: atq; Illustriß: Principi ac Domino,
Dn. JOHANNI ALBERTO, Coadjutori Epi-
scop. Ratzburg. Duci Megaloburgensi &c.

à concionibus

Cum

SPONSA

Virgine

Lectissimâ atq; pudicissimâ

CATHARINA

VIRI

Clarissimi & Excellentissimi

Dn. MARTINI BENCKENDORFFII J.U. D. Acade-
miae Francofurtanae quondam Antecessoris dignissimi,
p.m. relictâ Filia

Celebraturus est

GUSTROVI MEGAPOLENSIUM

a. d. IV. Non. Septembr. Anno xviij


M. DC. XXII,
dicatus.

ROSTOCHI, Typis Joachimi Pedani.



Ad Reverend.

Dn. SPONSUM.



*Urum dent alij, quis pondera divitis
auri:*

*Quis Tyriæ vestes, splendida
dona ferant.*

*Me ne solicitat thesaurus conditus
arcâ,*

Fulgida nec tenerum purpura pectus obit.

*Quare do quod adest; nam nil mihi, carmina
præter*

Relliquit rebus sors inimica meis:

Et quod abest opto tibi, vir reverende: dicata

Metra tuis tædis muneris instar habe.

J. C.



Ode Alcaica.

VIdit CATHRINAM, quam pietas, pudor
Morumq; honestat summa modestia,
Miratusq; dotes novellas
Corpore sub fragili, virisse
Concepit ignes insolitos, furens
Totisq; venis fla nmivoma imbibit
Incendia, unam ardens, decora
VVINSIUS eusebies corona.
Igne incalescit Cordivoro quoq;
VIRAGO, ocellis Idalijs potens,
Unum requirit, somniatq;
Et dominum veneratur unum
VIRAGO stellâ pulchrior aureâ
Aurêx Cytheræ, sidere blandior
Cœli, Viadrinasq; formâ
Aetheriâ superans puellas.
Quid porrò longas nectis Hymen moras?
Quo ve usq; cunctaris cupidos jugo
Felice amantes conjugare?
Huc ades atq; novos maritos

A 2

Con-

Conjunge faustis auspicijs. Vides,
Ut Sponsa poscat te prece fervida,
Palmasq; tendat supplicantes,
Te in sua vota vocando Sponsus?
Sed turbulentas nunc querimonias
Trade o protervis in mare Creticum
Portare ventis; postulare
Desine, sponse, rotas veterni
Solis: Dianam desine desidem
Vocare. Dulcis, svavicula, & jocis,
Risuq; communiq; sorte
Cum supero Jove transigenda
Hora, En, beatam quâ poterat mage
Vel polliceri non sibi Cypria
Virgo, aut Pharetratus Cupido,
Pronuba sive soror Tonantis:
Hora, En, beatam quâ poterat mage:
Vel polliceri non sibi floriger
Rupis Canoræ & florulentæ
Incola, Connubialis Hymen,
Advecta tandem est, quâ rigidas leves
Curas, labores, tristitiam, metum,
Per membra fusus Virginellæ
Membra tenellula Virginellæ:
Volu-

Voluptuosa quā Veneri licet
Litare, longæ præmia quā moræ
Referre: ḡ amplexu cupito
Quā satiere Columbulillæ!
Advecta tandem est hora adamabilis,
Conjuncta dingo, Nymphula, quā viro,
Tenelle Benckendorffianæ
Flos, sobolesq; decora gentis,
Connubialis delicias tori.
Gustes, regustes, dulcia gaudia—
Quæ nec ferus turbabit horror,
Nec rigidæ trepidationes.
En ora condit Cynthius ignea—
Sesq; Ibero gurgite perlucens
Cedit sorori Noctilucæ:
Vesperus emicat inde cælo,
Ductor Catervæ Vesperus aureæ,
Quonon relucet flammula gratiæ
Ardore conjunctis furenti
Conjugibus, pariliq; amore
Nexis. Quid ergo nupturientium
CATHRINA cessas gloria? languidum
Quidnam moraris? expetentem
Sugere quid prohibes suavis

A 3

Mella

Mella illa lingua? Tandem age proru*c*

Te, quò enitescens hora vocat, tuus

Citatqz, Sponsus, entheata

Doctor in arte potens, Serenus

Quem MeglaburgI Dux solij & Pater
Sacrata jussit spargere semina.

Ergò diu expectata adesdum,

Sponsula blandula adesdū, adesdū!

Hic multa collo, multa simul genis,

At plura labris, piura oculis dabit

Oscla & feret noctem beatam:

Ille jocos feret, ille risus.

Ille illecebras atqz lubentias,

Salaciasqz ille atqz faventias,

Suspiria & dulces susurros,

Prælia grata, feretqz lusus.

Marite felix virgine tam proba!

Virago felix conjugi tam pio!

Estote concordes, & arctis

Nectite vincula firma dextris:

Nocteisqz longas exigite & dies

Gaudete plures: atqz brevi date,

Mellitulam prolem, dolores

Quæ thalamo querulos movebit,

Tardi

Tardi levabit quæ senij dies
Perquam molestos, quæ tumulo pios
Componet atrato parentes.
Sic precor aridore vend.

JOHANNES CREMERUS
Freistadio - Silesius, Theolog. &
Poët. studiosus.

Lufus

Anagrammatis. ex nomine sponsi.

J Ura subis, Neonymphe, tori socialia, verum
Non sine melle venit, nec sine felle torus.
Ergo age cum vultu ridet fortuna sereno,
Cumq; tonat, teneas sorte in utraq; modum.
Utq; modum teneas aderit mellita marita,
Quæ tibi jam spöndet non in honora fidem.
Noverit hæc dulci alloquio bene fallere tempus:
Noverit hæc medicas applicuisse manus.
Anxius hanc igitur perquiras: pharmacon optes
Auxiliare: sinu pharmacon illa fovet.
VENARI ergo SINUS SUDA: requiescere tutò
Namq; sinu roseo sorte furente datur.

Ejusdem.

Votum Nuptiale.

W Insius, En, Sacrosancti tuba nuncia verbi,
W Insius Ascrai gloria magna chori,
Optatos celebrat thalami socialis honores!
O Musa hunc mecum concelebrate diem.


Vos

Vos coluit solas inde à juvenilibus annis,
Temporāq; ingenuis artibus ille dedit.
Firmet conjugium cœli templa aurea firmans;
Atq; hæc divinā capta secundet ope.
Angelus è cœlo descendat prouibus alio,
Et stabili dicat prospera verba toro,
Quo duce Tobias Rague lis venit ad ædes,
Adjunxit Sarans connubioq; sibi.
Lite torus careat, discordia sit procul omnis:
Circumdet vestram pax generosa domum.

JOHANNES JUNGCLAUS
Gustrovio - Megapolitanus.

DOcte vir, Aonij non infima gloria cœtus,
Legitimi thalami dum sacra vincla subis:
Vota tibi facio, tibi fundo precantia verba:
Fortunet thalamum, qui regit astra, Deus.
Non ædes vestras infestent sœva pericla:
Absint & rixæ, jurgia, dira lues.
Firmaq; jucundum cingat concordia lectum:
Dulcia nec pellat gaudia triste malum.
Vivite vos sponsi multos feliciter annos:
Cernite fœundi pignora lecta tori.
Sic precor ex animo, sic opto pectore toto:
Faxit cunctipotens sint rata vota Deus.

BALTHASAR JUNGCLAUS
Gustroviensis.



Id 4206
8°

ULB Halle
004 167 287

3



f
Sb

+90
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,
da Hochr.

EO-Bg-


Jul. 01

Ec 14
24. VD 17 Me



B.I.G.

Farbkarte #13



PTIARUM

ia, morumq;

us,

REAS
U S

s,

Domino,
o, Coadjutori Epi-
urgensi &c.

issimâ

I N. A

imi

FFII J.U. D. Acad-
fforis digaissimi,

POLENSIUM

oxesoridas

,

bimi Pedani.